



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Fortitudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A mittere, quam beneficio non demereatur: ideoque in omnem terram exivit sonus eorum, qui nos pie sancteque instituerunt.

TEMPERANTIA. CAP. XIV.

Gangi mox Nilus adjungunt, per quem Temperantiam intelligi volunt. Alluit Nilus planitiem ^{Secundus.} Ægypti. Ægyptus in Divinis literis voluptatem & deliciarum illecebras significat, ut de ferociente Equo, suo dictum Commentario, qui latos Ægypti campos gaudet insultare. Lex igitur Israëlitis, data est in Ægypti captivitate detentis, hoc est, nequitie ac effeminationibus impurissime deditis, ut ex Ægypto quam ocysime recederent, succinque lumbos Agnum ederent, quod est temperantia signum: castos enim oportet, & vivo ablutos flumine, sacra Deo ferre, supremique numinis Pascha celebrare. Gæon hic annis Hebræis est, à quo terram etiam Æthiopicam perlui dicunt: nempe ut despiciatissimum corpus abluat, & libidinis ardorem extinguat. Æthiopia enim, ut nonnulli divinarum literarum interpretes exponunt, abjecta, vilis, despiciata sonat, cujusmodi nostrum est corpus Æthiopiæ: perquam simile, quod scelerum infecta macula deturpant, & adusque nigri coloris ferruginem inficiunt.

FORTITUDO. CAP. XV.

Tertius annis Tigris est, qui fluviorum omnium velocissimus perhibetur, nomenque illi tam animi ^{Tertius.} mali omnium rapacissimo, quam fluvio velocissimo, à sagitta est, Armeniorum lingua: qua enim parte ex Armenia in Mesopotamiam labitur, ibi propter rapidissimam velocitatem Tigris sagitta dicitur. Per hunc fortitudinem interpretantur: quod fortitudo cursu quodam pernici concita, obstantia quæque demoliri atque prostrernere videatur, nullisque obicibus oppositisque molibus, aut obflaculis impediri, quin quo ferri destinarit, eo victrix prorumpat.

JUSTITIA. CAP. XVI.

Quartus est Euphrates, per quem fecunditatem & fructuum exuberantiam intelligi volunt, ac ^{Quartus.} perinde justitiæ symbolum esse. Ex nulla siquidem virtute opimiores latioresque fructus colligi feruntur, quam ex æquitate. Hinc Ceres, quod sæpe diximus, *Legifera* Poëtis eademque *Astræa*. ^{Yen. i. Geor. Fundit ha-} Hinc tellus ipsa justissima, ac ipsius justitiæ simulacrum perhibetur. Putant vero plerique Euphratem ^{mo faciem} *Ἰστρον* appellatum, quod nulla res magis, quam æquitas ac justitia, humanum genus latissimo ^{facilem} *Ἰστρον* perfundet, & hilaritate repleat affluentius. Ex his igitur manifestum est, quibus aquis implumis ^{facilem} *Ἰστρον* Accipiter noster lustrari possit, atque itemtidem ita plumescere, easque alas emittere, ut non supra ^{facilem} *Ἰστρον* nubes tantum, quod faciunt grues, sese attollere, verum super omnes cælorum orbis efferri valeat, parique cum Aquila honore acceptus, in ipsius Jovis gremium audeat volitare.

SANGUIS. CAP. XVII.

Habet præterea similitudinem Accipiter cum anima, ut aquam omnino non bibat, sed solo sanguinis suctu sitim levet, quo uno & anima ipsa nutriri quodammodo videtur. Ideo, veteri illo ^{Sanguinis} *Ἰστρον* instituto, libaminibus quæ pro anima parabantur, sanguis apponebatur. Et Deuteron. xii. sanguinem hostiarum pro anima esset monet Moses idcircoque non debere nos animam comedere cum ^{legu veteris} *Ἰστρον* carnibus. Passim vero Levitico monemur, sanguinem non esse comedendum, quia uniuscujusque ^{interpreta-} *Ἰστρον* carnis anima sit in sanguine. Sed præcipue capite 17. interminat Deus exitium cuiilibet, tam ex ^{mo} *Ἰστρον* progenieque Israëlitis, quam etiam hospitibus & peregrinis, qui apud eos diversissent habitarent, ^{mo} *Ἰστρον* ve, si sanguine vesci ausi fuerint: quem ea de causa datum eis asseverat, ut super altari per eum ^{mo} *Ἰστρον* animas suas expiarent, essetque ita sanguis animæ litatio. dum funderetur per altaris circuitum, & quod ^{mo} *Ἰστρον* residuum esset, terra operiretur. Quod vero dictum, *Uniuscujusque animam in sanguine ejus esse*, nequaquam intelligendum est, substantiam animæ esse sanguinem, ait Hesychius, sed quod societatem cum ^{mo} *Ἰστρον* carne per sanguinem habeat. Unde quidam sanguinem *anima Vehiculum* appellarunt: emissus enim ^{mo} *Ἰστρον* ubi frigere cœperit, à carne dissolvitur, avolatque anima. Eaque de causa Ægyptii, si sanguinem significare